



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronicon Monasterii Bödecensis Ordinis Canonic. Regul.  
S. Augustini in Diœcesi Paderbornensi**

**Probus, Johannes**

**Monachij, 1731**

**VD18 12260568**

Caput VIII. De Absolutione sui Prioratus, prout concupivit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64645)

CAPUT VII.

*De amabili conversatione tertij Prioris.*

**C**um præfatus Dominus Daniel in priorem promotus fuerat, talem se in conversatione sua exhibere cepit, qui ab omnibus merito adamari potuit, nec solum ab his, qui suum inhabitaverant Monasterium, sed & à cunctis in vicinis locis degentibus multum amabatur; & quis talem virum non diligeret? Qui, sicut corpore Virgo fuit, ita etiam Virgineum vultum habuit, verbumque salutis omnibus ministravit. Præfatus etiam Prior sciens, quantum coram justo iudice virga correctionis peccatorum culpam ablueret, libenter ac cum desiderio fratres sibi subjectos pro culpis ac excessibus virgâ castigavit.

CAPUT VIII.

*De Absolutione sui Prioratus, prout concupivit.*

**H**ic, dum in quartum annum rexit Monasterium, tandem ex eo, quod experientiam in externis minus habuit ad sui Monasterij promotionem, nimisque benignus ad Fratres suos fuit, quia magis oleum vulneribus, quam vinum fundere noverat, timere cepit, ne non solum temporalium cura, sed & ordinis rigor per eum decrederet, idcirco absolutionem à suo petijt prioratu. Absolutus verò velut communis Frater usque ad finem vitæ satè devotè in præfato vixit Monasterio. Cùmque Dominus DEUS suum bonum ac fidelem servum, qui in paucis sibi semper fidelis fuit, remunerare disponderet, apostemate percussum de hujus vitæ miserij ad æterna gaudia (ut piè creditur) transmigra-  
 gre fecit.

H

CA.